

— LXIII —

ut comitentur funera acatholicorum". Articulus *De Iudeis* expungitur.

In capite sexto *De societatibus fugiendis* pagina vigesima tolluntur sectiones c) et e). Pagina autem vigesima tertia articulo quarto Patres addunt: "Sed in singulis casibus recurrentium est ad Delegatum Apostolicum".

Eadem pagina 23, sectione c) ponitur "autem" post "confusione" et linea quarta post "addictas" Patres addunt: "Simpliciter suspecta et in variis regionibus diffusa".

Accepto capite septimo *De socialismo* statuitur habitum in sessionem hora octava serotina.

CONGREGATIO EPISCOPORUM

Sabbato, 30 octobris 1909, hora octava vespertina.

Nemo aberat praeter Vicarium Apostolicum ægrotantem.

Excellentissimus Praeses legit litteras quas, petentibus Patribus, ipsa composuit ad Sanctissimum nomine Concilii quibus tam sententiarum altitudine quam pulchritudine sermonis egregiis nullus non Pater plausit signaturus congregatione crastina.

In titulo secundo caput octavum *De spiritismo et hypnotismo* et caput tertius *De modernismo* nullam mutationem patiuntur.

In capite quarto *De relationibus inter clerum sacerdarem et clericorum regularem* sub titulo sexto, pag. 25, articulo 170, linea 19^a "sui" pro "sacri" scribitur. In titulo quinto capite primo *De clericorum perfectione spirituali* articulo octavo novum articulum subiungunt Patres: *Unitio apostolica*. "Quum Sanctitas Sua Pius Papa decimus in litteris *Hacent animo* commendaverit associationes sacerdotum qui unione que dicitur apostolica aut alio simili foedere in pietate zeloque fovendo mutuo se adjuvant, quumque nostris dioecesis quibusdam multum inde boni jam accreverit, non possumus non probare presbyteros qui conjunctis viribus suis suorumque fratrum perfectioni tam sapienter consulunt". Articulo octavo *Sacerdotalis administratio* capituli secundi *De rebus clerisis prohibitis* Patres addunt sectionem d):